



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatvs
Perutilis**

Gilbertus < Tornacensis >

Coloniae, 1571

VD16 G 2034

Cap. XI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41678

28 DE OFF. EPISC.

CAP. XI.

De origi- **T**ertius titulus ecclesiae est, cu-
ne dedica- ius originem ex scripturis pos-
tionis sumus inuenire. Festiuitates enim
Ecclesiæ annuas dedicationis ecclesiarum in
loan. 10. Euangelio Ioannis legimus, ubi di-
citur: Facta sunt encœnia in Hiero-
solymis, & hyems erat. Encœnia e-
nim sollemnitates dedicationis erat
tempore: unde & græcè καίνον appellatur
nouum. Illum enim diem, in quo
templum dedicatum erat, Iudei so-
lenniter celebrabant, ut & diem
festum agebant: sed nunc longè ali-
ter est. Cum enim iam careant tē-
plo, iam careant & cultu diuino;
quid mirum si careant illo festo, cū
a nobis nunc Christianis mos ille
primarius custodiatur, quia ad nos
translata gloria comprobatur: Ta-
bernaculum primum Moyses Do-
mino condidit, deinde Salomon tē-
pium instituit, quod Esdras postmo-
dum

TRACTAT. 29

dum reparauit: sed cūm fides Christi eniuit, pia Christianorum deuotio per totum mundum Christo ecclesias consecrauit. Diebus autem octo festum illud extenditur; quia tōt diebus à Salomone festum dedicationis explebatur. Unde legitur, quod Salomon octo diebus celebrabat dedicationem. Ibi conueniunt fideles, ut orationes suas fundant domino, & effectum reportent, sicut signatū in oratione Salomonis iam fundato templo.

CAP. XII.

ANequam Ecclesia consecratur, vigiliæ sunt in ipsa nocte in honore sanctorum, quorum reliquiae ibi condendæ sunt: de quarum vigiliarum scidum, quod earum antiqua fuit institutio. Esaias dicit: *Anima mea desideravit te in nocte, &c. quæ sequuntur.* Dicit & Propheta David: *Media nocte sur* Psal. 118..

B. 7 gabam:

De viginis quæ sunt in nocte antequam Ecclesia dedicitur.
Esa. 26.